

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De sufficientia horum votorum. 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

Vtrum conuenienter dicatur, in his tribus votis con-

sistere religionis perfectionem?

890

**A**D septimum sic proceditur. Videatur, quod incon-

inf 9.188

uenienter dicatur, in his tribus votis consistere

a. 1. ad 2

religionis perfectionem. Perfectio enim vita magis

et a. 2. ad

consistit in interioribus, quam in exterioribus acti-

2. Et ver.

bus: secundum illud ad Rom. 14. Non est regnum Dei

9. 2. a. 11

esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spi-

ad 5. Et

ritu sancto. Sed per votum religionis aliqui obligan-

opus. 18.

tur ad ea, quae sunt perfectionis. Ergo magis deberent

c. 15. Et

ad religionem pertinere vota interiorum, & cetera,

opus. 19.

puta contemplationis, dilectionis Dei, & proximi, &

c. 1.

aliorum huiusmodi, quam votum pauperataris, conti-

nentia, & obedientiae: quae pertinent ad exteriores

actus.

**¶ 2** Præterea, Prædicta tria cadunt sub voto re-

ligionis, in quantum pertinent ad quoddam exerci-

tium tendendi in perfectionem. Sed multa alia sunt,

in quibus religiosi exercitantur: sicut abstinentia, vi-

giliz, & alia huiusmodi. Ergo videtur, quod inconve-

nienter ista tria vota dicantur essentialiter ad statum

perfectionis pertinere.

**¶ 3** Præterea, Per votum obedientiae aliquis ob-

ligatur ad omnia implenda, secundum præceptum

superioris, quae ad exercitium perfectionis per-

tenent. Ergo sufficit votum obedientie absque alijs du-

bus votis.

**¶ 4** Præterea, Ad exteriora bona pertinent non

solum diuitia, sed etiam honores. Si ergo per votum

paupertatis religiosi terrenas diuitias abdicant, oportet

esse etiam aliud votum, per quod honores mundanos

contemnantur.

SED contra est, quod dicitur extra, de statu mon-

achorum, quod custodia castitatis, & abdicatione pro-

prietatis sunt annexæ regulæ monachali.

RESPONDEO dicendum, quod religionis status

potest considerari tripliciter. Vno modo, secundum

quod

in decreto  
lib. 3. t. 18.  
35. ca. cū  
ad mona-  
chis, in  
fin.

672 QVÆST. CLXXXVI. ART. VII.

quod est quoddam exercitium tendendi in perfidio-  
nem charitatis . Alio modo , secundum quod quiet  
animum humanum ab exterioribus sollicitudinibus: se-  
cundum illud 1.ad Corint. 7.Volo vos sine sollicitu-  
de esse . Tertio modo , secundum quod est quoddam  
holocaustum , per quod aliquis totaliter se & suu  
fert Deo . Et secundum hoc , ex his tribus votis inte-  
gratur religionis status . Primo enim quantum ad exer-  
citium perfectionis requiritur , quod aliquis a se re-  
moueat illa per qua posset impediri ne totaliter eis  
affectus tendat in Deum : in quo consistit perfidio  
charitatis . Huiusmodi autem sunt tria . Primum qui-  
dem cupiditas exteriorum bonorum , qua tollitur per  
votum paupertatis . Secundum autem , est concep-  
tientia sensibilium delectationum , inter quas prece-  
lunt delectationes venereæ , qua excluduntur per vo-  
tum continentia . Tertium autem est inordinatio vo-  
luntatis humanæ , qua excluduntur per votum obedi-  
entia . Similiter autem sollicitudinis secularis inquietudo  
principue ingeritur homini circa tria . Primo quidem  
circa dispensationem exteriorum rerum : & hac solli-  
citudo per votum paupertatis homini auferetur . Secun-  
do , circa gubernationem vxoris , & filioru , qua ampu-  
tatur per votum continentia . Tertiò , circa disposi-  
tionem proprietatum actuum , qua amputatur per votum  
obedientia , quo aliquis le alterius dispositioni com-  
mittit . Similiter etiam holocaustum est , cum aliquis  
totum quod habet , offert Deo : vt Gregor. dicit super  
Ezechielem \* . Habet autem homo triplex bonum ,  
secundum Philos in 1.Ethic. † Primo quidem exte-  
riorum rerum : quas quidem totaliter aliquis Deo offre-  
re per votum voluntaria paupertatis . Secundò autem  
bonum proprij corporis , quod aliquis principue offre-  
re Deo per votum continentia , quo abrenuntiat maxi-  
mis delectationibus corporis . Tertium autem humanæ  
est animæ , quod aliquis totaliter Deo offert per obe-  
dientiam , qua aliquis offert Deo propriam volunta-  
tem , per quam homo vivitur omnibus potentij & ba-  
hili .

*Ho. 20.  
ame. il-  
lius.  
† c. 8. &  
15.7. c. 13*

bitibus animæ. Et ideo conuenienter ex tribus votis  
status religionis integratur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra di-  
stum \* est, status religionis ordinatur, sicut in finem,  
ad perfectionem charitatis: ad quam pertinent om-  
nes interiores actus virtutum, quarum mater est cha-  
ritas: secundum illud 1. ad Corinth. 13. Charitas pa-  
tiens est, benigna est, &c. Et ideo interiores actus vir-  
tutum, pura humilitatis, patientiæ, & huiusmodi, non  
cadunt sub voto religionis: quod ordinatur ad ipsos  
sicut ad finem.

*ar. 1. h.  
ius q.*

Ad secundum dicendum, quod omnes aliae reli-  
gionum obseruantia ordinantur ad praedicta tria  
principalia vota. Nam si qua sunt instituta in religio-  
nibus ad procurandum viatum, (puta, labor, mendici-  
tas, vel alia huiusmodi) referuntur ad paupertatem,  
ad cuius conseruacionem religiosi per hos modos vi-  
tum suum procurant. Alia vero, quibus corpus ma-  
ceratur, sicut vigiliae, ieiunia, & si qua sunt huiusmodi,  
directè ordinantur ad votum continentiae obseruan-  
dum. Si qua vero in religionibus instituta sunt perti-  
nentia ad humanos actus, quibus aliquis ordinatur ad  
religionis finem, scilicet ad dilectionem Dei, & pro-  
ximi (puta, lectio, oratio, visitatio infirmorum, vel si  
aliquid aliud est huiusmodi), comprehenduntur sub  
voto obedientiæ: quod pertinet ad voluntatem, quæ  
secundum dispositionem alterius, suos actus ordinat  
ad finem. Determinatio autem habitus pertinet ad  
omnia tria vota, tamquam signum obligationis. Vnde  
habitus regularis simul datur, vel benedicitur cum  
professione.

Ad tertium dicendum, quod per obedientiam ali-  
quis offerit Deo suam voluntatem: cui et si subijcian-  
tur omnia humana, quædam tamen sunt, quæ specia-  
liter sibi tantum subduntur, scilicet actiones humane.  
Nam passiones pertinent etiam ad appetitum sensi-  
tuum. Et ideo ad cohibendum passiones carna-  
lium delectationum, & exteriorum appetibilium,

*Scc. Sec. Vol. iii.*

V u im-

impedientes perfectionem virtutæ, necessarium fuit votum continentiaæ, & paupertatis. Sed ad disponendum actiones proprias, secundum quod requirit perfectionis status, requiriatur votum obedientiaæ.

*s. 3. 10. 5.* Ad quartum dicendum, quod sicut Philosophus dicit

in 4.\* Ethic honor propriæ & secundum veritatem non debetur nisi virtuti. Sed quia exteriora bona instrumentaliter deseruiunt ad quosdam actus virtutum, ex consequenti etiam eorum excellentia honor aliquis exhibetur, & præcipue à vulgo, quod solam excellentiam exteriorum recognoscit. Honori ergo qui Deo & sanctis omnibus exhibetur propter virtutem, (ut dicitur in Psal. 138. Mihil autem nimis honorati sunt amici tui Deus) non competit religiosis abrenuntiare, qui ad perfectionem virtutis tendunt. Honori autem qui exhibetur exteriori excellentia, abrenuntiant ex hoc ipso, quod secularem vitam derelinquent. Vnde ad hoc non requiritur speciale votum.

## ARTIC. VIII.

*Vtrum votum obedientia sit potissimum inter tria vota religionis?*

*891* *Inf. 9. 88* *a. 7. ad 3* **A**d octauum sic proceditur. Videtur, quod votum obedientia non sit potissimum inter tria vota religionis. Perfection enim religiosæ virtutis à Christo sumptum exordium. Sed Christus specialiter deuotum confidit de paupertate: non autem inuenitur deuotus confidit de obedientia. Ergo votum paupertatis est potius, quam votum obedientia.

**¶ 2** Præterea, Eccles. 26. dicitur, quod omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Sed votum dignioris rei est eminentius. Ergo votum continentiaæ est eminentius, quam votum obedientia.

**¶ 3** Præterea, Quanto aliquod votum est potius, tanto videatur esse magis indispensabile. Sed votum paupertatis, & continentiaæ sunt ad eum annexa regulæ monachali, ut contra ea nec Summus Pontifex politice statim indulgere, sicut dicit quædam Decretalis\*, de statu monachoru; qui tamen porciit indulgere, n*re* celi-

gio  
obe  
SL  
dien  
alien  
mact  
fla, i  
est p  
R  
dien  
hoe  
obed  
ipsum  
priu  
quâ  
tum  
est m  
prior  
dicit  
tio,  
post  
liber  
tur,  
cum  
in die  
cunde  
vota,  
tur ex  
men  
tinend  
tem, si  
se ext  
to aut  
est. Et  
ligion  
dienti  
etiam  
um r  
gio.